

3366.

T.

R E G U L A  
BEATISSIMI PATRIS  
NOSTRI  
S A N C T I  
F R A N C I S C I  
P E R D O M I N U M  
H O N O R I U M III.  
P A P A M  
ANNO DOMINI 1223. DIE 29. NOVEMBRIS  
SEQUENTI TENORE  
C O N F I R M A T A.

---

VILNÆ, Typis S.R.M. & Reipubl. Scholarum Piarum. A. 1760.

*Et quicunque hanc Regulam se-  
cuti fuerint, pax super illos, & mi-  
sericordia, & super Israel DEI.*

*Ad Gal. 6.*



St. 21

u-152/3



HONORIUS Episcopus Servus Servorum DEI, Dilectis Filiis Fratri FRANCISCO, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium desideriis favorem benevolum impertiri. Ea propter, dilecti in Domino Filii, vestris piis precibus inclinati, Ordinis vestri Regulam a bonæ memoriæ INNOCENTIO Papa Prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, auctoritate vobis Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, quæ talis est:

A. 2.

In

# In Nomine Domini.

*Incipit Regula & vita Fratrum Minorum.*

## I. CAPITULUM.

Regula, & vita Fratrum Minorum hæc est : scilicet Domini nostri JESU Christi sanctum Euangeliū observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Frater FRANCISCUS promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papæ HONORIO, ac Successoribus Eius canonice intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ. Et alii Fratres teneantur Fratri FRANCISCO, & Eius Successoribus obedire.

*De his, qui volunt vitam istam accipere,  
& qualiter recipi debeant.*

## II. CAPITULUM.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres nostros, mittant eos ad suos Ministros Provinciales, quibus solummodo, & non aliis, recipiendi Fratres licentia concedatur. Ministri verò diligenter

ter examinent eos de fide Catholica, & de Ecclesiasticis Sacramentis. Et si hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & usque in finem observare, & uxores non habent, vel si habent, & iam Monasterium intraverint uxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diæcesani Episcopi, voto continentiae iam emisso, & illius ætatis sint uxores, quod non possit de eis oriri suspicio ; dicant illis verbum Sancti Euangeliū, quod vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare : quodsi facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant Fratres, & eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos DEUM timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pan-

nos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & bracchas, & capparonem usquè ad cingulum, nisi eisdem Ministris aliud secundūm DEUM aliquando videatur. Finitō verò anno probationis recipiantur ad obedientiam promittentes vitam istam semper & regulam observare. Et nullo modo licebit eis de ista Religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ; quia secundūm Sanctum Euangeliū: *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno DEI.* Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui voluerint habere; & qui necessitate coguntur, possunt portare calceamenta. Et Fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & possint ea repetiare de faccis & aliis petiis, cum benedictione DEI, quos moneo & exhortor, ne despiciant, neque judicent homines, quos viderint mollibus

ve-

vestimentis, & coloratis indutos, uti cibis & potibus delicatis, sed magis unusquisque judicet, & despiciat semetipsum.

*De Divino officio, & jejunio, & quomodo  
Fratres debeant ire per mundum.*

### III. CAPITULUM.

Clerici faciant Divinum officium secundūm Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breviaria. Laici verò dicant vigintiquatuor *Pater noster*, pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet iistarum septem, pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, & orent pro Defunctis. Et jeiunent a Festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania Domini usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto jejunio consecravit, qui voluntariè eam jeiunant, benedicti

dicti sint a Domino; & qui nolunt, non  
sint adstricti, sed aliam usque ad Resurre-  
ctionem Domini jejunent. Aliis autem tem-  
poribus, non teneantur, nisi sextâ feriâ je-  
junare. Tempore verò manifestæ necessita-  
tis non teneantur Fratres jejunio corporali.  
Consulo vero, moneo, & exhortor Fratres  
meos in Domino JESU Christo, ut quando  
vadunt per mundum non litigent, neque  
contendant verbis, nec alios judicent; sed  
sint mites, pacifici, & modesti, mansueti &  
humiles, honestè loquentes omnibus, sicut  
decet; Et non debeant equitare, nisi mani-  
festâ necessitate, vel infirmitate cogantur.  
In quamcunquè domum intraverint, pri-  
mùm dicant: *Pax huic domui.* Et secun-  
dùm Sanctum Euangeliū de omnibus ci-  
bis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

*Quod Fratres non recipient pecuniam.*

#### IV. CAPITULUM.

Præcipio firmiter Fratribus universis, ut  
nul-

nullo modo denarios vel pecuniam recipient  
per se, vel per interpositam personam. Ta-  
men pro necessitatibus infirmorum, & aliis  
Fratribus induendis, Ministri tantùm & Cu-  
stodes, sollicitam curam gerant secundùm  
loca & tempora, & frigidas regiones, sicut  
necessitati viderint expedire. Eo semper  
salvo, ut (sicut dictum est) denarios vel pe-  
cuniam non recipient.

*De modo laborandi.*

#### V. CAPITULUM.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Do-  
minus laborandi, laborent fideliter & devo-  
tè; ita, quòd exclusò otio animæ inimico  
sanctæ orationis & devotionis spiritum non  
extinguant, cui debent cætera temporalia  
deservire. De mercede verò laboris, pro se  
& suis Fratribus, corporis necessaria reci-  
piant, præter denarios vel pecuniam: &  
hoc humiliter, sicut decet servos DEI, &  
paupertatis sanctissimæ sectatores.

B

*Quod*

*Quod Fratres nihil sibi approprient, & de eleemosina petenda; & de Fratribus infirmis.*

## **VII. CAPITULUM.**

Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini & advenae in hoc saeculo in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosina confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos Fratres meos heredes, & reges regni cœlorum instituit, pauperes rebūs fecit, virtutibus sublimavit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viventium. Cui, dilectissimi Fratres, totaliter inharentes nihil aliud pronomine Domini nostri JESU Christi in perpetuum sub cœlo habere velitis. Et ubi cunquæ sint, & se invenerint Fratres, ostendant se domesticos invicem inter se, & securè

curè manifestet unus alteri necessitatem suam: quia si mater nutrit & diligit filium suum carnalem, quantò diligentius debet quis diligere & nutrire Fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debeant ei servire, sicut vellent sibi serviri.

## *De pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda.*

## **VII. CAPITULUM.**

Si qui Fratrum, instigante inimico, mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad solos Ministros Provinciales, teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere quam citius poterunt sine mora. Ipsi vero Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia iniungant illis pœnitentiam; Si vero Presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum DEUM melius videbitur expedire: & cavere

debent, ne irascantur & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatione in se, & in aliis impediunt charitatem.

*De electione Generalis Ministri huius Fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.*

### VIII. CAPITULUM.

Vniversi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur habere Generalem Ministrum & Servum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio Successoris fiat a Ministris Provincialibus & Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo Provinciales Ministri teneantur semper insimul convenire, ubique a Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, sicut a predicto Ministro fuerit ordinatum. Etsi aliquo tempore appareret universitati Ministrorum Provincialium & Custodum predictum Ministrum non esse sufficientem ad ser-

servitium & communem utilitatem Fratrum, teneantur predicti Fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum vero Pentecostes Ministri & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum convocare.

### *De Prædicatoribus.*

### IX. CAPITULUM.

Fratres non prædicent in Episcopatu aliquius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum, & nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi a Ministro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo officium sibi prædicationis concessum. Moneo quoque & exhortor eosdem Fratres, ut in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi anuntiando eius vitia & virtutes, pœnam

nam & gloriam cum brevitate sermonis,  
quia verbum abbreviatum fecit Dominus  
super terram.

*De admonitione & correctione Fratrum.*

X. CAPITULUM.

Fratres qui sunt Ministri & Servi aliorum Fratrum, visitent & moneant Fratres suos, & humiliter, & charitativè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam & Regulam nostram. Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter DEUM abnegaverunt proprias voluntates. Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, non sunt contraria animæ suæ & Regulæ nostræ. Et ubicunque sunt Fratres, qui scirent & cognoscerent se non posse Regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros debeant & possint recurrere. Ministri verò charitativè & benignè eos recipient, & tantam familia-

rita-

ritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis & facere, sicut Domini servis suis. Nam ita debet esse, quòd Ministri sint servi omnium Fratrum. Moneo quoquè & exhortor in Domino JESU Christo, ut caveant Fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, avaritia, cura, & sollicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione. Et non curen t nescientes literas, eas discere; sed attendant, quòd super omnia desiderare debent habere Spiritum Domini, & sanctam eius operationem: orare semper ad DEUM puro corde, & habere humilitatem & patientiam in persecutione, & infirmitate: & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros, & orate pro persecutibus & calumniantibus vos.* Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum: qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit.

*Quod*

*Quòd Fratres non ingrediantur Monasteria  
Monacharum.*

XI. CAPITULUM.

Præcipio firmiter Fratribus universis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum: & ne ingrediantur Monasteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres, vel de Fratribus scandalum oriatur.

*De euntibus inter Saracenos & alios infideles.*

XII. CAPITULUM.

Quicunque Fratum, Divinâ inspiratio-  
ne, voluerint ire inter Saracenos & alios in-  
fideles, petant eundi licentiam à suis Mini-  
stris Provincialibus. Ministri verò nullis  
eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos vi-  
derint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc  
per obedientiam iniungo Ministris, ut petant  
à Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ

Ec-

Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator,  
Protector, & Corrector huius Fraternitatis,  
ut semper subditi, & subiecti pedibus eius-  
dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in  
fide Catholica, paupertatem & humilitatem,  
& Sanctum Euangeliū, Domini nostri JE-  
SU Christi, quod firmiter promisimus, ob-  
serveimus.

*Confirmatio.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostræ confirmationis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-  
tem hoc attentare præsumperit, indignatio-  
nem Omnipotentis DEI, & Beatorum Pe-  
tri & Pauli Apostolorum Eius se noverit in-  
cursurum. Datum Laterani tertio Kalendas  
Decembris, Pontificatus nostri Anno octavo.

*Verba Beatissimi Patris Nostri Sancti  
FRANCISCI.*

O Dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti Filii!  
Audite me, audite vocem Patris vestri:

C

Ma-

Magna promisimus; Maiora promissa sunt nobis:  
Serveimus hæc; Suspiremus ad illa:  
Voluptas brevis; Pœna perpetua:  
Modica passio; Gloria infinita:  
Multorum vocatio; Paucorum electio:  
Omnium retributio. Amen.

*Eiusdem Patris imprecatio vel maledictio  
contra scandalosos Fratres.*

*Beatus Pater FRANCISCUS his, qui in hunc or-  
dinem aliquid contra paupertatis votum inducerent vel  
alios suô malô exemplô destruerent; aliquando dicebat:*

A Te Sanctissime Pater, & a tota cœlesti curia, & a  
me Pauperculo, sint maledicti, qui suô malô exemplô  
confundunt, & destruunt; quod Tu per sanctos Fratres  
huius Ordinis ædificasti, & ædificare nunquam cessas.

*Incipit Testamentum Sanctissimi Patris Nostri  
FRANCISCI.*

Dominus dedit mihi Fratri FRANCISCO ita incipere,  
facere pœnitentiam: quia cùm essem in peccatis, ni-  
mis mihi videbatur amarum, videre leprosos, sed Do-  
minus adduxit me inter illos, & feci misericordiam  
cum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod videba-  
tur mihi amarum, conversum mihi fuit in dulcedinem  
animæ & corporis; & postea parum steti, & exivi de  
sæculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Eccle-  
siis suis, ut ita simpliciter adorarem & dicerem: Ado-  
ra-

ramus Te Sanctissime Domine JESU Christe hic, &  
ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, &  
benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam re-  
demisti mundum. Postea dedit mihi Dominus, tantam  
fidem in Sacerdotibus, qui vivunt secundum formam  
Sancte Romanæ Ecclesiæ, propter ordinem ipsorum,  
quod si facerent mihi persecutionem, volo recurrere  
ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quantam  
habuit Salomon, & invenirem pauperculos Sacerdotes  
huius saeculi in Ecclesiis, in quibus morantur, nolo  
prædicare contra voluntatem ipsorum. Et ipsos, &  
omnes alios volo timere, amare, & honorare, sicut me-  
os Dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum,  
quia Filium DEI cerno in ipsis, & Domini mei sunt:  
Hæc propter hoc facio, quia nihil video corporaliter  
in hoc saeculo de ipso altissimo Filio DEI, nisi Sanctis-  
simum Corpus & Sanguinem suum, quod ipsis recipi-  
unt, & ipsis soli aliis administrant. Et hæc Sanctissima  
Mystera volo super omnia honorari, & venerari, &  
in locis pretiosis collocari. Sanctissima nomina & ver-  
ba eius scripta ubiunque invenero in locis illicitis vo-  
lo colligere, & rogo, quod colligantur, & in loco ho-  
nesto collocentur. Et omnes Theologos, & qui mi-  
nistrant nobis Sanctissima Verba Divina, debemus  
honorare & venerari, sicut eos, qui ministrant no-  
bis spiritum & vitam. Et postquam Dominus de-  
dit mihi curam de Fratribus, nemo ostendebat mihi  
quid

quid deberem facere ; sed ipse Altissimus revelavit mihi, quod deberem vivere secundum formam Sancti Euangeli. Et ego paucis verbis, & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmavit mihi. Et illi, qui veniebant ad recipiendam vitam istam , omnia quae habere poterant, pauperibus erogabant, & erant contenti tunicâ unâ intus & foris repetiata, qui volebant, cum cingulo & braccis , & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici secundum alios Clericos : Laici dicebant *Pater noster* ; & satis libenter manebamus in Ecclesiis pauperculis, & derelictis, & eramus idiotæ, & subditi omnibus. Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alii Fratres firmiter volo, quod laborent de laborio quod pertinet ad honestatem. Et qui nesciunt, discant , non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter bonum exemplum, & ad repellendam otiositatem. Et quando non dabatur nobis pretium laboris, recurrebamus ad mensam Domini, petendo eleemosinam ostiatim. Salutationem hanc mihi Dominus revelavit, ut diceremus : *Dominus det tibi pacem.* Et caveant sibi Fratres ut Ecclesias, & habitacula, & omnia alia, quae pro ipsis construuntur penitus non recipiant, nisi essent sicut decet sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus , semper ibi hospitantes sicut advenæ & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus universis, quod ubicunque sunt , non

non audeant petere aliquam literam in Curia Romana per se, nec per interpositam personam, nec pro Ecclesia, nec pro alio loco, neque sub specie prædicationis, neque pro persecutione suorum corporum : sed ubi cunque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram ad faciendam pœnitentiam cum benedictione DEI. Et firmiter volo obedire Generali Ministro huius Fraternitatis, & illi Gvardiano, quem sibi placuerit mihi dare. Et ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere contra voluntatem suam, quia Dominus meus est. Et quamvis sim simplex & infirmus ; tamen semper volo habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres ita teneantur firmiter obedire Gvardianis suis, & facere officium secundum Regulam. Et si aliqui inventi essent, qui non facerent officium secundum Regulam, & vellent alio modo variare, aut non essent Catholiçi : omnes Fratres ubicunque sunt per obedientiam teneantur, quod ubicunque invenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, ubi ipsum invenerint, debeant præsentare. Et Custos teneatur per obedientiam ipsum firmiter custodire, sicut hominem in vinculis die noctuque, ita quod non possit eripi de manibus suis, donec propriâ suâ personâ ipsum repræsentet in manibus sui Ministri. Et Minister teneatur firmiter per obedientiam mittere ipsum per tales Fratres, qui die noctuque custodiant ipsum, sicut homi-

nem in vinculis, donec repræsentent ipsum coram Domino Ostiens, qui est Dominus, Protector, & Corrector istius Fraternitatis. Et non dicant Fratres, haec est alia Regula: quia haec est recordatio, admonitio, & exhortatio, & meum Testamentum, quod ego Frater FRANCISCUS parvulus vester facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc, ut Regulam, quam Domino promisimus, melius Catholicè observeamus. Et Generalis Minister, & omnes alii Ministri & Custodes per obedientiam teneantur, in ipsis verbis non addere vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum iuxta Regulam: & in omnibus Capitulis, quæ faciunt, quando legunt Regulam, legant & ista verba. Et omnibus Fratribus meis Clericis & Laicis præcipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in Regula, nec in ipsis verbis dicendo: ita volunt intelligi; sed sicut dedit mihi Dominus pure & simpliciter dicere, & scribere Regulam, & ista verba, ita simpliciter, & pure sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione usque in finem observetis. Et quicunque haec observaverit, in celo repleatur benedictione Altissimi Patris Cœlestis, & in terra repleatur benedictione Filii sui, cum Sanctissimo Spiritu Paraclito, & omnibus virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater FRANCISCUS parvulus, & vester Servus in Domino, in quantumcumquæ possum, confirmo vobis intus & foris istam Sanctissimam benedictionem. Amen.



REGUŁA Y ZYWOT  
BRACI MNIEYSZYCH  
SWIĘTEGO FRANCISZKA  
PRZEZ  
HONORIUSZA III. PAPIEŻA  
POTWIERDZONA.

HONORYUSZ Sługa Sług Bożych, Miłym Synom Bratu FRANCISZKOWI y infzey Braci Mnieyszey zdrowia y Apostolskiego Błogosławienstwa: Gdyż zwykła Stolica Apostolska dogadzać pobożnym chuciom, y uczciwym proszących żądzom chęć łaskawą pokazować. Przetoż mili w Panu Synowie, Waszymi pobożnymi prozbami naklonieni. Zakonu Waszego Regułę od Świętey pamięci INNOCENCYUSZA Papieża Przodka naszego pochwaloną, napisaną w tym liście władzą wam Apostolską potwierdzamy, która taka ieſt:

w Imie

# W Imie Pańskie.

*Poczyna się Reguła y Żywot Braci Mnieyszey.*

## I. ROZDZIAŁ.

Reguła y żywot Braci Mnieyszey ten iest; Pana Naszego JEZUSA Chrystusa Świętą Ewangelią chować: żyjąc w Pośluszeństwie, bez własności y wczystości. Brat FRANCISZEK obiecuie pośluszeństwo y uczciwość Papieżowi HONORYUSZOWI, yiego Następcom prawnie wchodzącym, y Kościołowi Rzymskiemu. A inni Bracia powinni będą Bratu FRANCISZKOWI y Jego NasetUpcom pośluszní być.

*O tych, którzy chcą ten żywot przyjąć, a iako mają być przyjmowani.*

## II. ROZDZIAŁ.

Jeśliby ktòrzy chcieli ten żywot przyjąć, a przyszliby do Braci naszey, niech ie poszlą do swoich Ministrow Prowencyalskich, którym tylko, a nie innzym przyjmowania Braci pozwolenie ma być dane. A Ministrowie niech

niech ich pilno wypytaią z strony wiary Katolickiej, y z strony Sakramentow Kościelnych. A ieśliby to wszyskto wierzyli y chcieli by to wiernie wyznawać, y aż do konca mocno zachować, a żon by też nie mieli, albo ieśliżby mieli leczby iuż do Klasztoru żony wstąpiły; albo im pozwolenie dały mocą własnego Biskupa, ślub powściągliwości iuż oddawszy: y onych by też lat żony były, iżby o nich podeyrzenie być niemogło: niech im powiedzą Słowo Świętę Ewangelij, aby poszli y przedali wszyskto swe, y ono niech staraią się ubogim oddać. Czego ieśliby uczynić niemogli, dosyć im na dobrey woli. A niech się strzegą Bracia y ich Ministrowie, żeby się niepieczołowali o rzeczy ich doczesne, żeby wolnie stanowili o nich, iakoby im Pan do serca podał. Lecz ieśliby porady potrzebowali, wolno Ministrom postać ich do niektórych Boga się bojących, za których by radą dobra swe ubogim rozdali. Potym D niech

niech im dadzą odzienie w którymby probowali, to iest dwie suknie bez Kaptura, y chordę, y zakrycie tajemne, y Kaparon aż do pasa, wyiawszy, żeby się kiedy inaczey tymże Ministrom według Boga zdało. A po roku proby niech będą przyięci pod posłuszeństwo, obiecując żywot ten y Regułę zawsze zachować. Zadnym też sposobem nie będzie się im godziło z tego Zakonu wyńść według rozkazania Ojca Świętego Papieża: bo według Świętey Ewangelij, żaden który położy rękę na pług, á oglądający się wstecz, nie iest sposobny do Królestwa Bożego. A oni którzy iuż obiecali posłuszeństwo, niech mają iedną suknią z Kapturem, a drugą bez Kaptura, którzyby chcieli mieć. A których potrzeba przymusza, mogą używać obuwia. Bracia też wszyscy w podłych sukniach mają się nosić, y mogą ie latać worami y łata mi z Błogosławienstwem Bożym. Przestrzegam ich też, aby niewzgardzali ani sądzi-

iądili ludzi, którychby widzieli w mieście odzienie y ozdobne obleczonych, albo też używających potraw y picia rozkosznego; ale niechay raczey każdy sam siebie sądzi, y sobą gardzi.

*O obrządku Boskim, y o poście, y iako  
Bracia mają chodzić po świecie.*

### III. ROZDZIAŁ.

Klerycy niech odprawują obrządek Boski wedle postanowienia Świętego Rzymskiego Kościoła, wyiowszy psałterz, gdyż mogą mieć Brewiarze. A Bracia Laicy mają mówić dwadzieścia y cztery Pacierze za Jutrznią, za Laudes pięć, za Prymę, Tercią, Sextę, Nonę, za każdą z tych po siedmiu, za Nieszpor dwanaście, za kompletę siedm, y niech się modlą za umarłe. Niech też poszczą od Wszystkich Świętych aż do Narodzenia Panskiego; święty zaś post, który się poczyna od trzech Królow aż do usta-wiczych czterdziestu dni, który Pan swym

świętym postem poświęcił, którzy go do-  
browolnie poszczą, niech Błogosławieni bę-  
dą od Pana, á którzy niechcą, niemaią być  
przymuszani: Ale drugi aż do Zmartwych-  
wstania Panskiego mają pośćć. A inszych  
czasow nie powinni, tylko w piątek pośćć,  
a czasu jawney potrzeby, nie są obowiązani  
Bracia na post cielesny. Radzę też y prze-  
strzegam Bracią moją w Panu JEZUSIE Chry-  
stusie żeby idąc przez świat niewadzili się,  
ani słowami sprzeczali, y inszych żeby nie-  
posądzali: ale niech będą ciszy, spokoyni, y  
skromni, łaskawi y pokorni, uczciwie z ka-  
żdym mówiąc jak przystoi. A niemaią na  
koniach ieździć, tylko gdyby ich iawna po-  
trzeba, albo choroba do tego przynuszała.  
W którykolwiek by dom weszli, zaraz niech  
mówią, *pokoy temu domowi*. A podług Świę-  
tey Ewangelyi, ze wszystkich pokarmow,  
które przed nie kładą, godzi się im poży-  
wać.

Iz

*Iż Bracia niemaią brać pieniędzy.*

#### IV. ROZDZIAŁ.

Przykazuję mocno Braci wszystkiey, aby  
żadnym sposobem monety albo pieniędzy  
niebrali, ani sami przez sie, ani przez wsta-  
wioną osobę. Jednak o potrzeby chorych,  
y o odzienie Braci, przez przyjacioly duchow-  
ne, Ministrowie tylko y Kustoszowie niech  
się pilno starają, wedle mieysc y czasow, y  
żimnych kraiow, jakoby obaczyli potrzebno-  
być y przystojno: tego iednak przestrzega-  
jąc, aby (iako się rzekło) monety albo pie-  
niędzy niebrali.

*Jako Bracia mają robić.*

#### V. ROZDZIAŁ.

Bracia oni, którym dał Pan łaskę do ro-  
boty, niech robią wiernie y nabożnie; tak  
coby odegnawszy prożnowanie dusznego  
nieprzyaciela, świętey modlitwy y naboże-  
ństwa Ducha nieżgasili, któremu insze docze-  
sne rzeczy mają dogadzać. A z strony zapła-  
ty

ty za pracę, dla siebie, y dla swych Braci, cielesne potrzeby mogą brać (oprocz groszów albo pieniędzy) a to pokornie, iako sługom Bożym, y Nayświętszego ubóstwa naśladowcom przystoi.

*Iż Bracia niemaią sobie nic przywłaszczać,  
y o iałmużny prośeniu, y o chorych Braci.*

#### VI. ROZDZIAŁ.

Bracia nic sobie niech nieprzywłaszczaią, ani domu, ani mieysca, ani żadney rzeczy: ale iako Pielgrzymi y przychodniowie będąc na tym świecie, w ubóstwie y pokorze Panu Bogu służąc, niech chodzą dla iałmużny z ufnością. A nie potrzeba się im wstydać; gdyż y Pan dla nas stał się ubogim na tym świecie. Tać to iest ona zacność naywyższego ubóstwa, które was naymilszą Bracią moię, dziedzicimi, y Kròlmi Królestwa Niebieskiego postanowiło, ubogimi w rzeczach uczyniło, w cnotach wywyższyło. To niech będzie częstką waszą, która prowadzi do zie-

mie

mie żyjących; do którego też naymilsi Bracia całe przystając, niechciejcie nic inszego pod niebem nigdy mieć dla Imienia Pana naszego JEZUSA Chrystusa. A gdziekolwiek są, y przybyli by iedni do drugich Bracia, niech się pokażą domowymi między sobą, y bepiecznie niech obiawi ieden drugiemu potrzebę swą. Bo ieśliż Matka żywia y mieluje Syna swego cielesnego, iakoż niepilniewi nien każdy miłować y żywic Brata swego Duchownego? A ieśliby który z nich zachorzał, drudzy Bracia winni mu służyć, iakoby radzi żeby im służono.

*O Pokucie, która Braci grzeszącej ma być dawana.*

#### VII. ROZDZIAŁ.

Jeśliby ktorzy z Braci, za poduszczeniem nieprzyjacielskim śmiertelnie zgrzeszyli względem onych grzechów, o których by znaydowało się postanowienie między Bracią, aby się uciekano do samych Ministrow Prowincyalskich, winni będą pomienieni Bracia

cia do nich się udawać iak by nayprzedzey mogli bez omieszkania. A oni Ministrowie (ieśli Kapłani są,) z miłosierdziem niech im naznaczą pokutę : lecz ieśli nie są Kapłani, niech każą naznaczyć przez insze Kapłany Zakonne, tak iakoby nayprzystoyniey wedle Boga onym się widziało. Maią się też przestrzegać, żeby się niegniewali ani smuciili dla grzechu czyiego : gdyż gniew y frasunek y w tym samym gniewliwym y w inszych czynią przeszkodę do miłości.

*O wybieraniu Generalskiego Ministra tego Bractwa y o Kapitule swiateczney.*

VIII. ROZDZIAŁ.

Wszyscy Bracia powinni zawsze będą mieć jednego, z Braci tego Zakonu Generalskiego Ministra y Sługę wszystkiego Bractwa, a iemu winni będą mocno posłuszní być. Który gdy ustąpi, niech po nim Następcę obiorą Ministrowie Prowincyalscy y Kustoszowie na Kapitule swiateczney, na którą Pro-

win-

wencyalscy Ministrowie, powinni będą zawsze zniść się, kiedykolwiek by Generalski Minister rozkazał: A to raz we trzy lata, albo na inszy czas dalszy, albo też bliższy, iakoby od pomienionego Ministra było zrządzono. A leśliby którego czasu pokazało się zgromadzeniu Ministrow Prowincyalskich y Kustoszow, iż przerzeczony Minister nie byłby dostateczny ku służbie, y ku pospolitemu pożytkowi Braci, powinni będą pomienieni Bracia, którym obieranie należy, w Imie Panskie inszego sobie obrać za przełożonego. A po Kapitule swiatecznej, Ministrowie y Kustoszowie, każdy z osobna, mogą, będąli chcieli, y ieżeliby się im pozyteczno zdało ; tegoż Roku w swych Kustodiyach, raz Bracią swoją na Kapitułę wezwać.

*O Kaznodziejach.*

IX. ROZDZIAŁ.

Niech Bracia niekażą w Biskupstwie żadnego Biskupa, gdyby się im o to sprzeciwiał.

E

wiał. A żaden z Braci, niech koniecznie nie waży się ludziom kazać, aż by od Ministra tego Bractwa był wybadany, y wysadzony; ażby mu onże urzędu Kaznodzieyskiego pozwolił. Upominam też y pobudzam tychże Braci, żeby w kazaniach które odprawować będą, były rozmyślne y uczciwe ich słowa, ku pozytkowi y zbudowaniu ludzkiemu, y żeby im opowiadały występki y cnoty, mękę y chwałę, a to krotkimi słowy: bo słowo ukrocone uczynił Pan na ziemi.

### *O upominaniu y karaniu Braci.*

#### X. ROZDZIAŁ.

Bracia którzy są Ministrami y Sługami innych Braci, niech nawiedzają y upominają Bracią swoje, pokorne, y łaskawie, niech ie karzą, nierożkazując im niczego coby było przeciwko duszy ich, y Regule naszey. A Bracia którzy są oddani, mają pamiętać, iż dla Pana Boga wyrzekli się swojej własnej woli. Przetoż mocno przykazuję, aby byli po-

posłuszní swoim Ministrom Prowincjalnym we wszystkim co obiecali Panu zachować, a nie jest przeciwko duszy ich y Regule naszej. A gdziekolwiek są Bracia nasi, którzy by wiedzieli y uznali, iż niemogą Reguły duchownie zachować, do swych Ministrów winni są y mogą się udawać: a Ministrowie miłośnie y łaskawie niech ich do siebie przyjmują, y tak się towarzysko z nimi niech obchodzą, iż by im oni Bracia mogli mówić, y czynić iako, Panowie sługom swoim, albowiem tak ma być aby Ministrowie byli sługami wszystkiej Braci. Upominam też, y przestrzegam Bracią moją w Panu JEZUSIE Chrystusie; aby się warowali od wszelkiej puchy, marney chwały, zazdrości, łakomstwa, starania y pieczętowania tego świata, uwłoczeń i szemrania. A niech się nie starają ci co nieumieją pisma o nawyknienie iego, ale niech pomnią, iż nadewszystko pragnąć mają, aby mieli Ducha Pńskiego, y święte Jego sprawy, modlić się za

zawsze do Boga czystym sercem, y mieć pokorę y cierpliwość w prześladowaniu y w nieniemy, y miłować onych którzy nas prześląduią, strofuią y karzą, bo mowi Pan: *miłujcie nieprzyjacioly wasze y modlcie się za prześladujące y potwarczające was.* *Błogosławieni* którzy prześladowanie cierpią dla sprawiedliwości; bo ich iest Królestwo Niebieskie, a kto wytrwa aż do końca, ten zbawion będzie.

*Iz Bracia niemaią wchodzić do Klasztoru Mniszek.*

## XI. ROZDZIAŁ.

Przykazuję mocno Braciey wszystkiey aby niemieli podeyrzanego towarzystwa, abo rad z niewiaściami, aby też nie wchodzili do Klasztoru Mniszek, procz onych, którym od Stolice Apostolskiey dane iest pozwolenie osobne. Nicch też nie będą Knotramy mężczyzn, albo białych głów, żeby za tą okazją między Bracią, albo też o Braciey z gorszeniem nieuroślo.

o

*O idących między Saraceny, y inne niewierne.*

## XII. ROZDZIAŁ.

Którzykolwiek z Braciey z Boskiego natchnienia chcieli iść między Saraceny y do innych niedowiar-kow, niech proszą na onę drogę pozwolenia od swych Ministrow Prowincyalskich. A Ministrowie żadnemu ku iściu pozwolenia niech niedaią, tylko onym, którzyby widzieli być sposobne ku poßaniu. Nad to, przez posłuszeństwo kładę to na Ministry, aby proſili od Ojca Świętego Papieża jednego z Świętego Kościoła Rzymskiego Kardynałów, któryby był Rządcą, Obrońcą, y Poprawcą tego Bractwa, żebyśmy zawsze poddani będąc, y podłożeni pod nogi tegoż Świętego Kościoła, statecznymi w wierze Katolickiej zostawali, a ubóstwo y pokorę y Świętą Ewangelią Pana Naszego JEZUSA Chrystusa, którychmy obiecali, mocno zachowali.

## Potwierdzenie Reguły.

Zadnemu tedy zgoda z ludzi niegodzi się aby ten list naszego potwierdzenia miał szpocić, albo też smiałośćią uporną sprzeciwiać się. A iesliby się o to kto chciał pokusić; niechże wie, iż wpadnie w galew frogi Boga Wszechmogącego, y Błogosławionych Piotra y Pawła Apostołów Jego. Dan na Lateranie dwudziestego dziewiątego dnia Miesiąca Listopada Biskupstwa naszego Roku osmeego.

## *Słowa Błogosławionego Ojca naszego Świętego Franciszka.*

O Naymils Bracia y ná wieki Błogosławieni Synowie, słuchacie mnie, słuchacie głosu Ojca Waszego. Wielkieśmy rzeczy obiecali, większe nam są obiecane. Chowaymy te, a wzdychaymy do onych. Rośkoż krótka, karanie wiekuiste. Małe ucierpienie, Chwała nieukończona. Wiele iest wezwanych, mało wybranych, a wszystkim zapłata Amen.

## *Tegoż Ojca złorzeczeniſtwo y przeklećtwo przeciwko gorzącym Braci.*

*Błogosławiony Ojciec S. Franciszek tym którzy do tego Zakonu cokolwiek przeciwko uboſtwu mnieli, albo innych swym złym przykładem pſowali niegdy mawiał:*

Od Ciebie Święty Ojciec y od wszystkich Obywatelów Niebieskich, y odemnie ubožiuchnego niech będą przeklęci ci, którzy swym złym przykładem mieszają y psują to, coś ty przez świętych Braci tego Zakonu zbudował, y ieszcze budować nigdy nieprestaiesz.

## *Poczyna się Testament Błogosławionego Ojca Świętego FRANCISZKA.*

Pan dał mi Bratu FRANCISZKOWI tak począć, y czynić pokutę, iż gdym był w grzechach moich, naźbyt mi się widziała rzecz być gorzka patrzyć na trędowate. Ale samże Pan przywiódł mię między nie, y uczy-

uczyniłem miłosierdzie z nimi: y gdym odchodził od nich, to co mi się zdało być gorzkiego, obrociło mi się w łodkość duszy y ciała. Potym trochę zatrzymałem się y wyszedłem od świata, a Pan dał mi taką wiare w Kościach żebym się tak po prostu modlił y mówił: Chwalemy cię Nayświętszy Panie Ježu Chryste, tu, y we wszystkich Kościach twoich, które są na całym świecie, y błogosławiemy Tobie, albowiem przez twój święty Krzyż odkupiłeś świat. A potym dał mi Pan taką wiare w Kapłanach, którzy żyją według sposobu Świętego Kościoła Rzymskiego dla porządku ich. Y ieżeli by mię przesładowali chęć się do nich uciekać. A choćbym miał tak wielką mądrość; jaką miał Salomon, y znalazłem ubožiuchnych Kapłanów tego świata w swoich Parochiach w których mieszkały, niechęć kazać przeciwko woli ich, y onych wszystkich y innych chęć się bać, milować y czcić jako moich Panów. A niechęć w nich upatrować grzechu, bo Syna Bożego w nich uznawam y Panami moimi są: a to dla tego czynię, iż niewidzę według ciała na tym świecie strony Naywyższego Syna Bożego, tylko Nayświętsze Ciało y Krew Jego które oni sami przyjmują, y oni sami inzym rozdawaią. A te Nayświętsze Tajemnice nad wszystkie rzeczy chęć czcić y ważyć, y na miejscach uczciwych pokładać. Nayświętsze Imiona y słowa Jego pisane, gdziekolwiek znajdę na miejscach nieprzystojnych chęć zbierać, y proszę aby były zbierane, a na miejscach uczciwych kładzione. A wszystkich Theologów, którzy usługuią nam

nam w słowie Bożym mamy czcić y ważyć iako tych,  
którzy nam udzielają ducha y żywota. A potom gdy  
mi dał Pan Bracią, żaden mi nie pokazał cobym miał  
czynić, ale sam Naywyższy obiawił mi, żem miał żyć  
według kształtu Świętey Ewangelij. A iam krótkimi  
słowami y prostemi kazał napisać, á Ocieć Święty Pa-  
pież potwierdził mi. A oni którzy przychodzili do  
przyjęcia tego żywota, wszystkie rzeczy swoie które  
meli ubogim rozdawali, y przedstawaliśmy na iedney  
fukni wewnątrz y zwierzchu połataney, którzy mieć  
chcieli z pasem, y z odzieniem zakrytym y niechcie-  
liśmy więcej mieć. Obrząd Boski odprawowaliśmy  
my Klerycy według innych Kleryków, a Bracia Laicy  
mowili *Oycze nasz*. A z wielką chęcią mieszkaliśmy  
w Kościółach opuszczonych, y byliśmy nieukami y  
poddanymi wszystkim. A ia robiłem rękami moimi, y  
chcę robić, y wszyscy insi Bracia chcę aby robili taką  
robotę, która należy do uczciwości. A którzy nieu-  
mieją niech się uczą, nie dla żadze wzięcia nadgody  
za robotę; ale dla dobrego przykładu, y dla odpędze-  
nia prożnowania. A gdy nam niedawano zapłaty za  
robotę, udawaliśmy się do stołu Państwego prosiąc ią-  
mużny od domu do domu. Pozdrawienie mi Pan ob-  
jawił, abym tak mówił: Pan niech ci da Pokoy. Niech  
się wystrzegają Bracia, aby Kościołów y budowania y  
wszystkich innych rzeczy, które dla nich budują  
z goła nieprzymowali, ażby takie były, które z do-  
bią święte Uboistwo. Ktoreśmy w Regule obiecali, za-  
wsze

wfze tam mieszkając iako przychodniowie, y pielgrzy-  
mowie. Przykazuję Braci wszystkiej przez posłuszeń-  
stwo, aby gdiekolwiek są; nieważli się prosić iakie-  
go listu na Dworze Papieżkim, ani na Kościół, ani dla  
jakiego mieysca, ani pod osobą kazania, ani dla prze-  
śladowania ciała swego: ale gdiekolwiek niebyli b/  
przyięci niech się uciekają do infzey ziemi, dla czynie-  
nia pokuty z Błogośławieństwem Bożym. Y mocno chcę  
być posłusznym Ministrowi Generalnemu Tego Bractwa,  
y onemu Gwardyanowi, którygoby się iemu dać mi  
podobało, y tak chcę być w rękach iego zniewolony  
żebym nie mógł iść, abo co czynić nad posłuszeństwo  
y wolą iego, bo Panem moim jest. A chociem jest pro-  
stakiem y niemocnym, jednak przecie chcę mieć Kle-  
ryka któryby obrząd Boski zemną odprawował. A  
wszyscy insi Bracia także powinni będą posłusznymi  
być swoim Gwardyanom, y odprawować obrząd Boski  
według Reguły, a którzyby się znaleźli coby nieod-  
prawowali obrzędu według Reguły, albo chcieliby ie  
odmieniać, albo niebyliby Katolikami; wszyscy Bracia  
gdiekolwiek są przez posłuszeństwo powinni będą  
gdiekolwiekby takiego znaleźli bliższemu Kustoszo-  
wi onego mieysca oddać, á on mocno powinien be-  
dzie przez posłuszeństwo pilnować go, iako więznia, we  
dnie y w nocy, tak żeby się niemogł z rąk iego wyr-  
wać, ażby go własną osobą oddał w ręce swoiego Mi-  
nistra, a Minister powinien mocno przez posłuszeństwo  
F połać

pośać go przez taką Bracią którzyby we dnie y w nocy strzegli iako więźnia dotąd, ażby go oddali Kardynałowi Ostyńskiemu, który iest Panem Obrońcą y Poprawcą tego Bractwa. A niech niemówią Bracia że to iest insza Reguła, albowiem to iest rozpamiętywanie, napominanie, nauka, y mōy Testament, który ia Brat FRANCISZEK wasz naymniejszy czynię wam Braci moim błogosławionym, dla tego, abyśmy Regułę, któreśmy Panu obiecali, po Katolicku lepiej zachowali. A Generalski Minister y wszyscy insi Ministrowie y Kustoszowie niemają nic do tych slow przydawać, ani wymować, y zawsze to pisanie niech mają przy Regule z sobą; a na wszystkich Kapitułach, gdy czytaią Regułę: niech czytaią y te slowa. Y wszystkim Braci moim Klerykom y Laikom przykazuię przez posłuszeństwo, aby nie kładli żadney glossy, albo wykładu ná Regułę, ani ná te slowa mowiąc: tak się mają rozumieć, ale iako Pán dał mi po prostu y szczerze mówić y pisać, tak y wy bez glossy rozumieycie y z sprawą Świętą Zachowaycie. A ktokolwiek to zachowa niech będzie w Niebie napełniony Błogosławieństwem Ojca Nawyższego, a na ziemi niech będzie napełniony Błogosławieństwem Naymilszego Syna Jego, z Nayświętszym Duchem Pocieszczyelem, y ze wszystką mocą niebieską, y ze wszystkimi Świętymi. A ia Brat FRANCISZEK Maluchny wasz y Śluga, ile mogę, potwierdzam was zewnątrz y z wierzchu to Nayświętsze Błogosławieństwo na wieki. Amen.

